



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XVIII. De operibus eius in Halberstatensi Episcopio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

De operibus in Episcopio Ratisbonensi.

CAPVT XVII.

Monaferia
Ratisbonensis
Diæcesos.
Eustroph.
* Prüssling.

* Münster.

* Wallerstorff.

Biburg.

Windberg.

Regensdorff.

POrtō in Ratisbonensi Episcopatu sex monasteria construxit : quinque de Ordine Cluniacensium; quorum vnum Entsstorff dictum in honore S. Iacobi Apostoli. Secundum eꝝ * Prüveningen, sub patrocinio beati Georgij Martyris: utraque autem in aduentitio fundo sita sunt. Tertium est Cœnobium cognomenti * Monasterium, quod cum adiacente parochia eiusdem nominis, auri & argenti precio, ab Henrico Duce Bauariae, & à Dietpoldo Marchione compasauit; & regali priuilegio Imperatoris Lotharii in proprietatem sanctæ Babebergensis Ecclesie collatum suscepit.

Quartum est Biburck : Quintum * Madelhardesdorff. Sed Biburck sub patrocinio est Beatae MARIAE semper Virginis: illud autem in honorem S. Ioannis Euangelistæ; utrumque autem fundi aduentitij. Sextum est VVindebergen, de ordine Clericorum Regularium, quos vocant Nortpertinos, in honore sanctæ Deigenitrici MARIAE; & ipsum de fundo admittitio.

De operibus eius in Halberstatensi
Episcopio.

CAPVT XVIII.

HN Episcopatu Halberstatensi undecima ei est congregatio Regensdorff, de Ordine Cluniacensi sub patrocinio beati Ioannis Baptista. Abbatiam enim Vicenburg, quæ nunc mutato loco & nomine, Regenstorff appellatur, cum omnibus ad illam pertinentibus munificetia Domini Henrici Imperatoris iunioris, acceptis priuilegiis regia auctoritatis, S. Babebergensi Ecclesie adiecit. Bona quoq; eiusdē Cœnobij duplicauit. nam, cum

cum prius non nisi sexaginta duos mansos habuerit, eundem numerum, totidem appositis, ipse ampliare curauit.

De operibus eius in Episcopatu Eistetensi.

CAPVT XIX..

EN Episcopatu Eistetensi, quæ * Halesbrune dici- * Halesbrun-
tur, duodecima illi congregatio est de ordine
Cisterciensi sub patrocinio Beatae Dei genitricis
MARIAE. Ipsum autem fundum ingenti pecu-
nia comparatum, magois sumptibus promovit in Abbatiam.

De operibus eius in Episcopatu Pa- tavieniensi.

CAPVT XX.

EN Episcopatu Patavieni ei tertiadecima con-
gregatio est, quæ dicitur * Alrisbach; & quarta- * Ullersbach.
decima, Clunica, sub patrocinio beati Andreæ
Apostoli iuxta fluuium * Anisum. Hanc autem * Ens.
a Lupoldo Marchione datam suscepit, in cuius promotionem
viginti mansos, & quinquaginta marcas impendit.

De operibus eius in Patriarchatu A- quileiensi.

CAPVT XXI.

ET in Patriarchatu Aquileiensi decimumquin-
tum Cœnobium in Castro Arnoldestein, destru- Arnoldestein.
de munitione, constituit. Quadraginta verò &
quinquaginta annis hoc castrum cum nonaginta quin-
que mansis ad se pertinentibus ab Ecclesia Babebergensi ab-
alienatum fuerat: quod ipse multo labore & impensa recupe-
rauit;

Z 3 rauit;